



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Homiliae Adm. Illvstris Ac R.dissimi Domini D. Fr.
Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriae
Episcopi Barbastrensis & Albarrazini Ord. FF.
Prædicatorum**

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, Anno M.DC.XLIX.

§.16. Vnitur nobis Christus in SS. Sacramento, vt nostram ipse confirmes
informitatem & virtutem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53084](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53084)

tionem seculi: nec unquam hoc vult deficere in altari vt nemo quocumque tempore voluerit accedere ad S. Synaxim, ab illa redeat fructuatus, vnde voluit vt nobiscum semper esset Sacramentum hoc ardentissimae charitatis, vt corda nostra amore suo inflammando virtute ignis amoris, omnes in Christo videntur: hoc enim expendimus: hac namque esca SS. Sacramenti super caput prunae congererentur Diuini amoris: quia in illo omnes homines int. r. se videntur, quantumuis procul a Deo forent elongati. Proprium igitur igni est coadiuare vnum alteri licet ferro ferrum: quantumuis enim hominum voluntates ferro sint obliuiores, si amorem Dei spectes: huius tamen ignis caelestis virtute fiet hoc vt omnes homines inter se vnum sint, & Deo maxime coniuncti.

Et. 4. fidei D. Iohannis Damas. hac ratione motus comparat
e. 14. SS. Sacramentum carbunculo illi ignito quem vidit Propheta Isaias, & confirmat D. Tho. **Cap. 6.** *Carbo enim lignum simplex non est sed vnitum igni: & ita panis communionis non simplex panis est: sed vnitus Diuinitati.* Et cum ignis nunquam sit otiosus, imo semper operetur & accendat quidquid illi proponitur, quo omnia vnit & in se iam conuertit substantiam ac formam: ita hoc Sacramentum Diuinitatem quae in illo est copulat recipienti, efficiens eum participatiue Deum, vnde vnum sunt: *Et in nobis vnum sunt*: hoc etenim a Patre suo Christus postulauit quando de illo pronuntiavit: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, me manet & ego in illo.*

14 Ratio haec in illo respondet monetque Deum, vt acceptum gratumque habeat sacrificium iuxta illud Malachiae praedicentis tempus Messiae & sacrificij in eo litandi: *Placebit Deus sacrificium Iuda & Hierusalem sicut dies seculi, & sicut dies antiqui.* Litteraliter hic capio SS. Sacramentum, dictum sacrificium Iuda & Hierusalem: quia in illa, sacrificio inuentio Christus Dominus immolatur natus de domo & tribu Iuda, fuitque oblatus in Altari Crucis in Hierusalem: hoc igitur sacrificium gratum fore praedicat Deus: *Placebit Deo sicut dies seculi, & sicut anni antiqui.* Illud vt opinor sacrificij illis antiquis, in quibus hoc Deo censebatur acceptum, super quod ignis de caelo descendebat, illudque deuorabatur: sicut cogit in primo illo sacrificio Abel: *Etenim respexit Deus ad Abel & admunera eius*: nam vt aduertit D. Hieron. aliud esse non potuit signum ex quo cognosceretur Deo gratum fuisse sacrificium illud, nisi in eo quod *De caelo*

XI. Et nullu Deo censebatur acceptum nisi per ignem. **Gen. 4. 4.** *Et tradidit Hebr. in G. n.*

repente misso igne cremasset Deus & consumpsisset sacrificium Abel, intacta profusa oblatum Cain.

Et Theodotion secutus D. Hieron. legit hoc modo: *Et inflammatus Dominus super Abel.* Licet autem nebulones & fabulos rideant Molitias, quas ad veritatis nostrae trochimus confirmatiue Diuinae tamen sunt figurae Spirit. S. adhaere conseriptae ad huius mysterij veritatem commendandam: eodem probant D. Procopius D. Cyprianus D. Gregorius D. Chrysostomus D. Theodorus & D. Cyprianus. etenim in eodem Kanonibus legis veteris sacrificijs illud tantummodo habebatur Deo acceptum super quod ignis de caelo descendebat: vt patuit in sacrificio consecrationis Aaron in summum Pontificem: & eodem modo in sacrificio Gedeon & Manue, Iuda & Salomonis, Eliae super quae ignis de caelo descendit in argumentum euidentis talia Deum & Deo acceptasse. Cum autem hoc nostrum sacrificium, per infinitas multo Deo fit acceptum, quam illa, per omnia coniunctum, indubie super illud descendere debebat ignis de caelo: quia Deus ignis est: & huius sub his lateret speciebus & ipse panis deuoratur substantiam quae prius erat in illo: illa substantians in corpus Christi, ex quo cognoscitur ignis esse verus qui consumebat & in se coequebat illud quod arripiebat: quod quidem videmus quod ignis in suam substantiam conuertat illam substantiam quam inuadit: & ita Christus Dominus conuertit in pretiosum corpus suum & sanguinem substantiam panis & vini super quae descendit velut ignis Diuinus & caelestis: per hoc nos sibi copulet & vniat, & quatenus vniuersitate charitatis & amoris Dei, vnum in illo sumus: hoc enim discimus ex D. Paulo his verbis de SS. Sacramento: *Vnus panis, & vnus corpus, corpus multi sumus, omnes qui de vno pane & de vno cali e participamus*: alludens ad illud quod sicut Sacramentum hoc charitatis est & amoris Diuini mysterium, ita nos in Christo & Christum in nobis adunaret. *In me manet & ego in illo.*

16. Vnitur nobis Christus in SS. Sacramento, vt nostram ipse confirmet infirmitatem & virtutem corroboret.

Dicamus modo aliter quo non minus declarare mirabiles effectus in nobis huius Sacramenti quod nimirum Christus

se nobis vniat vt nostram consolidet infirmitatem, nouaque vires ac Diuinum virtuti robur infundat, quo confirmata obtinere possit, quod suis non valet viribus. Frequentissimum est, dum aliquid valde debile est vt seipsum nequeat sustinere, adiungere illi fortius aliquid quo roboretur & succiat, vt quod ipsi naturalis negat infirmitas ex coniuncti virtute nanciscatur. Plantat hortulanus in agro suo tenellum aliquod virgultum, pomi, pyri, cerasi, vt autem tenuum est, recta sursum nequit accrescere, quia statim declinat in terram vnde sursum ascendere illi est impossibile, quod tamen maxime desiderat hortulanus: quocirca stipitem fortio- rem in terra plantat virgulto proximum, cui il- lud strictius alligat, quo fit vt recta sursum ac- crescat: ita vt quod infirmitati suae relictum non poterat, huic stipiti coniunctum facile iam pos- sit.

III. Pusio tenellus & recentet natus, ex se pedibus nequit consistere, nec ambulare, quia curum in- firmas non patitur vt seipso progredi valeat: quid agis? At tollis illum inter alterius brachia, etique coniungis, atque hac vnione iter perficit illi alioquin impossibile. Imo si fallat hac ea fuit Dei ratio in principio mundi, caelum terrae coniungendi, atque ex illis mundum componendi: quatenus id quod terra deerat, quae ex se debilis erat & impotens: Terra autem erat *inani & vacua*: obtineret beneficio caeli, atque ita illi vniat, perficeret quod ex se non poterat. Intendunt Propheta Elias, eius discipulus Eli- saeus, quimmo Apost. Paulus novam defunctis illis vitam elargiri, vt narrat S. pagina: ad decla- randum autem quod defuncti illi ex se nulla vigerent virtute, nulloque robore ad opus ali- quod, nisi alius propius accedens illos adiuua- ret, seipso illis vniunt: ita vt Elias infantem illum suscitaturus, se hoc modo illi commensus fuerit, vt tertio corpus suum corpusculo defuncti adiuuaret: Et *expandit se atque mensus est super puerum tribus vicibus*. Elisaeus autem eius disci- pulus filium similiter Sunamitis e sepulchro re- uocaturus, quamprimum xdes eius subintrat & cadaver conspicit defuncti hoc illi modo se con- temperat: Et *incuruit super puerum, posuitque os suum super os eius, & oculos super oculos eius, & ma- nus suas super manus eius, & incurruit: se super eum* atque hoc modo novam illi vitam inspira- uit. q. d. Puer mortuus ex se vires non habet, no- merita, vt ex se ad vitam redeat amissam: ego me vnum cum illo facio, vt per me possit, quod per se non valet.

Quimmo mysterium hic habeo Incarnationis quo Deus nostram sibi carnem copulauit. Vige- bat necessitas vt homo in propria natura satisfac- ceret pro grauissima offensa qua Deum per pec- catum irritauerat: vt autem offensa erat infinitae grauitatis, satisfactio postulabatur meriti valo- ritque infiniti, cumque haec in puro homine na- turae tantum e reata non posset inueniri: quan- doquidem omnes eius actiones naturae vires, quae limitata est & finita, superare non pos- sent: oportebat vt satisfactio personae interueni- ret quae in ipsa natura humana virtutem meti- tumque haberet in grauitate infinitum vt of- fensa adaequaretur: haec autem ipsa persona Di- uina non poterat esse inferior, quae in propria natura no poterat hanc implere satisfactionem: partim quia vt persona infinita dignitatem ha- bere non poterat inferiorem quam secum trahit illa quae satisfacit illi cui satisfactio debetur: cumque tres Diuinae personae aequales sint: Et in hac Trinitate nihil vnus aut vnus, sed tota tres persona coaeterna sibi sunt & coaequales. Nulla ha- rum in propria natura huic poterat satisfacere obligationi: vnde fieri debebat in aliens ab illis natura nempe humana, quam sibi Verbu Diuini vniuit. Partim quia cum homo aggressor fuisset, illi competebat ex se satisfacere: Caro te vulue- rat, Caro te saluet. Vt autem homo virtute polle- ret ad satisfaciendum, iam autem ex se non posset infirmitate, Verbo Diuino adiungitur, & natura humana Diuinitati vniat hypostati e & indissolubiliter: vt hac vnione posset homo, quod ex natura sua erat illi impossibile.

Tertio mirabilis haec exigebatur vnio in hoc mysterio: quia cum ille cui conueniebat satisfa- ctio, esse debebat liber ab omni peccato tantaque praesulgens munditia vt nec quidem posset illud committere: ita accepta foret Deo solutio quae pro illo rependebatur, nullus autem hominum ita securus erat a peccato vt illum posset facere: quia vt ait D. Ioan. *Si dixerimus quoniam pecca- tum non habemus, ipsi nos seducimus*. Nemo pu- rus homo a peccato liberatur: *Omni quippe caro corruperat viam suam*: tantum satisfacere pote- rat homo ille qui peccatum committere non po- terat, & ille alius esse non poterat nisi ille cuius natura vnita foret illi personae quae ad pec- catum inclinare se non poterat, multo minus committere: haec autem persona fuit Christi ex se impeccabilis, & ita natura vnita Diuinae eius personae ab omni peccato reddebat immunis: non quod humana natura non habeat libertatem & flexibilitatem ad peccatum, sed vnita Diuino

V. Et in In- carnatio- no.

VI. Ex ratio- ne satis- faciendi pro pec- catis.

VII. Natura humana a Deo su- stenatur ne pec- cet in Christo, sup-

Q

supposito, sic ab illo fulciebatur, vt ad malum se non posset inclinare. Virgulam sume tenellam, patet hanc solam per se facile posse in quamlibet partem inclinari: verum tamen si hanc columnam alligens fortissimam nodo indissolubili & vnione inseparabili, non magis illam quam ei lumnam insectes. Vera dico, humana natura ex se virgula ad quodlibet vitium inclinabilis, quam quotidie diabolus nostram que insectant concupiscentiis: vt patet in ijs de quibus cecinit David: *Conuersi sunt in arcum prauius*: verum tamen in Christo iam vnita erat: columnam firmissimam Verbi Diuini, nodo sic indissolubili vt nullis posset viribus ab illa separari. Vnde cum impossibile sit Verbum Diuinum ad malum inclinari, ita quoque sanctam Christi humanitatem, eratque Deus qui operabatur, quod per illam perficiebatur.

¶ 57
Li. 2. Cap.
Deus homo 8. 10.

Hinc D. Anselm. hanc elicit propositionem: *Primus homo Adam peccabilis fuit quia homo: Christus fuit impeccabilis quia Deus & homo.* Itaque soli Christo continebat hanc facere satisfactionem ob vnionem quam habebat natura humana cum persona Diuina: etenim ab omni peccato liberam esse oportet eam quae in hunc finem veniret: vnde Christus in eam finem veniuit: vt propter hanc indissolubilem vnionem homo poterit adipisci, quod naturae eius vires excederet: quia ex sua infirmitate non ita se poterat ab omni liberum praeseruare peccato, vt haec satisfactio requirebat: & ita natura eius humana per hanc vnionem in Christo cum Deo roborata, nostram poterat operari redemptionem, illis circumstantijs & conditionibus requisitis, vt ex integro homines aeterno Patri reconciliarentur. Itaque haec vnio Diuina nostram confortauit infirmitatem, eique virtutem tribuit & valorem, vt natura nostra debilis posset opus efficere adeo heroicum, tantique meriti vt erat pro peccatis nostris: satis acere meritis infinitis, quae grauitas essentiae infinitae postulabat. Vnio haec Diuina hoc perfectit opus in eandem ad quod vires illi non suppetebant naturales in tota natura creata, si gratia vnionis non illas ei dedisset in Christo, Diuinas & supernaturales ad opus illud efficiendum.

VIII.
Idem capitulum V.
Sacramento.
1. 14. 1.

Hoc idem igitur tribuere vult Christus Dominus singulis nobis in Sacramento vnita inter nos facta vnione: *In me manet & ego in illo.* Hoc vult ipse vt cognoscamus in Diuina hac vnione qua nos sibi coniungit homines sumus ex natura nostra flaccidi, imbecilles, atq; ad quodlibet opus heroicum languescetes: *Homo nauis*

de muliere breui vsuensi tempore, repletur multa infirmitate: qui quasi flus egrediar & conuertitur. Sic Iob: quibus vitiis nostram exponit infirmitatem partemque virtutem. Necesse est vt se exerceat in operibus quae debilem hanc & flaccidam superant eius consilientiam: cum enim finis supernaturalis ad quem homo creatus fuit, omnem eius naturam vincat ordinem, hic autem obtinendus sit virtute operum personalium, meritisque proprijs, ab opere non exaltatur: secundum quod opera eius excedunt virtutem eius naturalem, non potest seipso opera illa erigere: propria quippe infirmitas non permittit illum passibus iucedere adeo sublimibus, nec ad statum poterit praecellum ascendere: virtute naturali adeo emarcida, quid remedijs vnatur alicui inforti vt Deus est, quatenus haec vnione possit efficere quod propria infirmitate praepedita non potest obtinere.

Hoc Christus facit in SS. Sacramento in quo se taliter nobis vnit vt in illo maneamus vt ipse in nobis *in me manet & ego in illo.* Haec vnio cum adeo forti ac potenti nedum vires acquiramus ad haec opera ita sublimia, sed etiam potentiam praevalebimus qua Diaboli potentiam elidamus qui praepedit studet fructum horum omnium principalem & Diabolica ferocia solitudine tenet ac procurat continuo separationem Dei cum vitijs superioribus a nostris: & ita ex vnione Christi nobiscum in SS. Sacramento, poterimus omnem diaboli potentiam eneruare, atque virtute Diuina huius communionis assequi, quod viribus nostris relictis minime poteramus. Hinc sequitur vt dum aliquis communicat, illo in diaboli reformident, & ab illo videantur fugere cuius ratio haec sit, vt enim in illo sunt in & recognoscunt vires superiores quas habuit ex Deo in hoc SS. Sacramento, suas experiri refugium: etenim certo sibi persuadent in hoc praesidio se fore viuendos: *Hi habent absconditam esse fortitudinem eius: ante faciem eius mors.* In V. Sacramento quasi abscondita later Dei fortitudo, & praecedent mors, diabolus & Etal peccatum velut subacti pyrae & trophaea diabolice victorem: cognoscit diabolus hanc in illo diaboli virtutem, & quem videt hac aratum prodire a mensa Domini digne communitatem, timet nec illum praesumat impugare.

Aduertunt Philisthi Arcam federis committant: cogias Israhelitarum, quodque ex Bethsamtis eo quod Arcam praesumpissent curiosius intueri, septuaginta contrahunt ex vrbis primatibus, & quinquaginta nullia plebis: *Et cetera.*

tam de viris Bethsambathibus, eo quod vidissent Ar- cam Domini, & percussit de populo septuaginta vi- ros, & quinquaginta milia plebis. In Arca virtu- tem latetur efficacem que tante se- nilitudini fortior opponat, emicet & occidat, vnde con- clamant: Quis poterit stare in conspectu Domi- ni Desinit huius? Si tanta potestate polleat, quis a dext illam expectabit loque temerarius opponet Arca Domini? Christus Dominus no- ster in SS. latet Sacramento, cuius pedibus pro- stratus adiacet diabolus, confusus & euerius: E- gredietur diabolus ante pedes eius. Aduertit ipsum esse in corde recipientis, quibus ergo fidens vi- ribus se illi opponet aduersarium? Procul fugit nec propius accedere praesumit, liberumque il- lum dimittit & impetrituratum, quo se sanctis exercere peribus quibus ad aeternam euehatur beatitudinem.

Quinimo hoc ipsum Christus declarauit his verbis: Qui manducati hunc panem, vivet in aeternum. Vita aeterna est nostra beatitudo: Haec est vi- ta aeterna, ut cognoscatur &c. Et quem misisti Iesum Christum: dat nobis hic panis propter vnionem Christi nobiscum, robur & virtutem vt expedite & delatis contumacitibus ac persecutionibus Diaboli, opera faciamus quibus vitam aeternam nobis comparemus, haeremonem & omnem eius euetiamus potentiam, quae nobis erat obitaculo: idcirco dixit: Qui manducati hunc panem vivet in aeternum, q. d. Ex hac vnione cum Deo in hoc caelesti conuiuio vires acquirere & robur quo al- iam obtineat, quod illi ex natura erat impossi- bile: cum vincat & subijciat diabolum ne opera eius sancta perturbet quibus aeternam obtineret felicitatem & pariter studium honorum ope- rum quod cum nunc homo per se exequi non potest, exequitur virtute confortatus eminen- tissimae huius vnionis.

§. 17. Ex vnione Dei cum homine in SS. Sacramento, hominem Angeli re- nerentur.

Non tantum patet in nobis Divina vir- tus huius admirabilis vnionis Dei no- biscum in SS. Sacramento in ordine ad victoriam de diabolo, qui per illam superatur, acque in nobis tales recognoscit vires vt qua il- las se plus exuperat, in fugam se proripiat. Sed etiam in ordine ad Angelos qui dignitatem quam adipiscimur ex admirabili hac vnione, cognoscentes, singulari nos cultu reuerentur

velut virtuti illorum & statui valde aequales, licet ex natura nobis sint superiores. Angeli Christo ministrant velut serui Domino quando pra- claram illam de diabolo reulerat in deserto vi- ditoriam vt enim expendit D. Chrystostom. quem sequitur D. Gregor. non poterat Angelus vt ser- uus alteri ministrare qui Deo suo, creatore & Domino dignitate erat inferior: quia secundum esse naturale & perfectiones suas, nullum ag- noscit Angelus superiorem: & licet ceteris crea- turis homo sit eminentior, Angelo tamen est inferior: Minus est enim paulo minus ab Angelo. Vnde liquido constat Angulum creaturam esse superiorem, qui cum talis sit nulli eorum se po- test submittere ad obsequium vt suo inferiori, quae non aliquid de Diuinitate participet in quo illum possit excedere. Illam in Christo cogno- uerunt, quodque esset verus Deus, proinde vta- li suaeque superiori descendunt famuli illi mi- nistrant, & oblati: quidquid illi ad eius ne- cessarium erat refocillationem. Homo vnus Deo in SS. Sacramento, in quo illum vt suum recepit consors fit Diuinitatis: cernit illum in eo Angelus & quamprimum accedit illum Vene- ratum, si non propter eum tamen propter Di- uinitatem in illa lateant recepto Sacramen- to.

Ita nobis declarauit D. Ioann. quando col- lo- catus illi Angelo qui seruebat illi, ostendebat & declarabat mysticam illam visionem. Postquam enim illi praecleara exposuisset mysteria, ait illi Angelus: Dixit mihi scribe: Beati qui ad coenam nuptiarum Agni vocati sunt. Coena huius agni ex- communi lymenia, coena est illa mystica quam Deus suis praeparat de seipso in SS. Sacramen- to, quod pluribus de causis coena vocatur, quas nunc proferre super sedemus. Inter alias autem quas alio loco retulimus, ea est, quod sicut in coena lux nobis naturalis non succurrit, sed ar- tificialis candelabri quae conuiuas illuminat: ita similiter in SS. Sacramento lumen naturale ra- tionis nobis seruire non potest: hoc etenim my- steria adeo praecleara non capit, & requiritur lu- men supernaturale fidei, quod exponens nobis hoc mysterium eius doceat excellentiam: idcir- co dicitur coena.

Ad coenam vocati, sunt, inquit Beati: firmiter enim credo Beatos illos esse, quibus datum est illum recipere: iam enim nobis lux beatitudinis partem communicat, in illo nobis tribuens pi- gnus gloriae, in quo Deus velut obligatur vt eam nobis tribuat. Ad hanc coenam Deus suos inuitat, securoque reddit futurae gloriae: ex qua

Hom. 5. ex
varij in
Matth.
Ho. 16. in
Euan.

Ps. 8.

11.
Angeli
non nisi
se digni-
bus ser-
uiunt.

Ap. 19. 9.

111.
Beati qui
ad coenam
Agni vo-
cati sunt.

Q

procedit